Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et manducantibus illis
accepit ihs panem et
benedicens fregit et dedit
eis iam. Sumite hoc
est corpus meum. Et
accepto calice gratias
agens dedit eis et bibe
runt ex illo omnes. Et
ait illis. Hic est sang
uis meus noui testa-
menti. qui pro multis
effundetur. Amen di
co vobis. quod iam non
bibam de hoc genimi-
ne vitis usq; in diem
illum. cum illud bibam
nouum in regno dei. Et
ymno dicto exierunt
in montem oliuarum.

Et ait eis ihs. Omnes
vos scandalizabimini in
me in nocte ista. qua
scriptum est percutiam
pastorem et dispergen-
tur oues gregis. Sed post-
quam resurrexero precedam vos
in galyleam. Petrus
autem ait illi. Et si omnes
scandalizati fuerint.
ego non ego. Ait illi ihs
Amen dico tibi quia
tu in nocte hac. pri-
quam gallus bis vo-
cem dederit ter me es
negaturus. At ille
amplius loquebatur.
Et si oportuerit me si-
mul commori tibi. non